

Q. K. 238, 9.

X 204 7860

CATALOGUS CONTI-
 NENS ENUMERATIONEM OMNI-
 UMBUS LIBRORUM ET SCRIPTORUM
 TAM EDITORUM QUAM EDE-
 DITORUM :

Za
 4700

Viri incomparabilis, Domini

IOACHIMI-
 CAMERARII,
 PROFESSORIS QUONDAM IN
 ACADEMIA LIPSICA CE-
 leberrimi.

*Georgio Summervo collectore
 et editore.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
 HALLE
 (SALE)

BIBLIOTHECA
 PONICKAVIANA

DANTISCI,
 PRELO HÛNEFELDIANO.
 ANNO M. DC. XLVI.

Illustri & Excellentissimo Viro,
DN. LUDOVICO
IOACHIMI F. IOACH. N.
CAMERARIO:

Regiæ Majestatis Sued. ad Illustriss. & Præ-
potentes Fœderati Belgii Ordines Legato me-
ritissimo: Consiliarioque Prudentis-
simo Fidelissimo:

*Domino & Patrono meo verâ animi re-
verentiâ colendo:*

Illustris & Excellentissime Domine:
Quadragesimus tertius labitur annus ex quo
Magnificus & dignitate, doctrinâ virtute &
rerum usu præstantissimus Vir, Dominus Phi-
lippus Camerarius I.C. celeberrimæ Reipub. Noribergensis
Consiliarius & Academia Altorphiana Procancellarius,
Excellentiæ Tuæ Patruus p. m., in petitionem Viri doctis-
simi M. Wolfgangi Seberi benignè consensit, ut annotatio-
nes Scholiaq; Domini Parentis sui Ioachimi in Theognidis
Pœmata prælo rursus subjicerentur. Magno se tunc affe-
ctum beneficio judicavit Seberus, eoq; in testimonium tum
potestatis sibi à Dn. Philippo Camer factæ, tum gratitudi-
nis suæ, Epistolam hujus repetitæ τῶν ὑπομνηστικῶν illorum
Græcorum editioni præfigendam curavit. Optârim quod
de Annotationibus in Theognidem fecit M. Seberus, fecis-
set etiam de cæteris elaboratissimis Magni Camerarii
τῶν παλαιῶν scriptis, eaq; in certos Tomos tributa publicæ

E P I S T O L A

luci dedisset, cum sint doctrinâ omnigena refertissima. Quis enim, inquit, in oratione Funebri avo tuo habita, D. Andreas Freibub; Professor olim Theologus, in Acad. Lipsica: Quis igitur, inquit, ignorat totum ab illo bonarum & liberalium artium Orbem, quæ Cyclopædia est, percursum & absolutum fuisse? In Lingua Latinâ Ciceronem, in Græca Xenophontem, in versibus Græcis Homerum, in Latinis Maronem, ita sibi imitandum proposuisse præceptorem nostrum, & tantum in eo genere fuisse consecutum constat, quantum vix sperari ab ullo alio posse videatur. Extant versus Græcè & Latine ab illo scripti, sunt in medio luculenta Orationes diversorum argumentorum. Est præ manibus Græcè scripta Catechesis, quæ in ipsa quoque Græcia studiosè ab amantibus veritatis & pietatis sincera legi perhibetur. Circumferuntur homilia Evangelica itidem ab ipso eruditissimè sermone Græco conscripta. Extant annotationes luculenta & doctæ in Testamentum Novum, & in utraque lingua varii ipsius Commentarii, Ethici, Politici, historici, Anatomici, è quibus scire volentibus intelligere licet, tantam ingenii vim ac præstantiam, discendi studium & assiduitatem, tolerantiam laborum, copiam scientiæ ac doctrinæ, iudicii dexteritatem, disertæ atque illustris orationis facultatem & ubertatē in illo fuisse, quanta, absit invidia dicto, in hujus & superioris ætatis alio viro docto an fuerit ac nunc inveniri possit, non facile pronunciarit quisquam. Hactenus D. Freyhubius. Valdè igitur optârim, ut dixi, Opera tam præclara in Tomos certos digeri & cum literato orbe communicari. At ne quidem index integer, quod

DEDICATORIA.

quod sciam, prodiit hactenus qui omnia & singula, quae vel edita essent à summo illo viro vel ad editionem parata, in unâ quasi tabellâ nominis Camerariani studiosorum oculis proponeret. Cum verò ego quoque inter hos nomen meum liberè libenterque profitear, cœpi de Catalogo istiusmodi in usum meum concinnando (de publicatione enim ejus nunquam quicquam mihi venit in mentem) cogitare: praesertim cum viam jam stravisset clarissimi & in omniscibili versatissimi Theologi, Iosia Simleri Tigurini Bibliotheca Gesneriana Epitome anno Servatoris nostri, Supra millesimum quingentesimum quinquagesimo quinto vulgata, quâ quidem editione ut recentiore nullam vidi, ita fateor me eâ insigniter fuisse adjutum. Nec verò hîc, vir Illustris, beneficium in me tuum singulare, tacitus praeterire debeo. Simulatque enim de meo conatu ad te retuli, utque, quem haberes, a vitorum scriptorum Catalogum, mihi inspiciendum dare dignareris petii, annuisti protinus & favisti instituto desiderioq; meo, simulq; velle te ostendisti, ut quâcunq; possem, accessi unculâ Catalogum auctiorem redderem, denique etiam ad utilitatem juventutis typis describendum eum curarem. Equidem ita Suffenus mihi non sum, ut pra omnibus aliis me praecipuè idoneum esse iudicem, ad munus hoc: quin prorsus existimo, dum de viro Eloquentissimo vel loqui nitor, me meam infantiam apud eruditos quosq; traducere. Spero tamen me candidis & citra affectum judicantibus, evidenter probaturum, nihil me peccavisse, dum Nomenclatori huic manum admovi, utque eum ad exemplum Mylianae Scriptorum Philippi Melanch-

EPISTOLA

thonis Chronologia efformarem (id enim te quoq³, vir Ex-
 cellentissime cupere intellexeram) dedi operã. Alter Ger-
 mania nostra Phœnix Philippus Melancton, Camerarii
 Summus, sua ad scriptum quoddam Cleri Secundarii Co-
 loniensis responsioni excusationem inter cetera inde qua-
 sivit, quod ingenii sui culturam aliquã ex parte Coloniensi
 Academia deberet. Se enim adolescentem audivisse duos
 viros præclare eruditos Georgium Simlerum & Cunradum
 Helvetium, prædictæ Academiæ alumnos. Autoritate igi-
 tur & exemplo Philippi conatum hunc meum non prorsus
 inconvenienter defendero. Mei enim quoq³ parens & Pa-
 trui bonam ætatis partem in Academia Lipsicã insumse-
 runt & inter eos qui Magni Camerarii *ἀνεργασίας* frequen-
 tarant, comparuerunt non ultimi, denique etiam dignita-
 te & honoribus illis aucti sunt, in Senatum etiam Facul-
 tatis artium adsciti, M. Fabianus patruus, postea Medicinæ
 Doctor, & M. Iohannes parens, mei, Decanatu Semestris
 hyberni, ille quidem anno 1565, hic verò anno 1569 fue-
 runt perfuncti. M. Matthia fratre eorum, à disciplinis Phi-
 losophicis ad Iuris studium progresso, Asservo etiam adhuc
 in *ἡμετέροις* meis literariis *ἀποστολῆς* Epistola Clarissimi
 Camerarii ad Patruum illum meum Medicum, cuius ex-
 emplam cum ceteris Domini Iohachimi Epistolis jam pridem
 publicè extat. Sed & meum adolescentis animum in pie-
 tate & literis non pauci eorum erudierunt, qui ex Came-
 rarii Schola prodierunt: quos inter, ingratus essem, si non
 primum numerarem Simonem Stenium Lomacensem Mis-
 nicum, Acad. Heidelbergensis Professore meritissimum,
quis

DEDICATORIA

qui Græcæ Lingua, quam ex Camerario præcipuè didice-
rat, usui adeò insueverat, ut ne in agone quidem extremo
præceptorem dissimulare potuerit. Rogatus enim à verbi
divini ministro, Petro VVebero Silesio, cuperet ne dissolvi
& esse cum Christo, penè cum indignatione respondit, non
esse hanc mentem Apostoli nec significationē vocis ἀναλύσασθαι
migrationem innui: apertè indicans se cogitationibus non
de dissolutione corporis & animæ, sed de abitu ad Christum
intus exhilarari. De significatione autem verbi illius, quæ
paucis quoque ante mortem suam diebus disputaverit Phi-
lippus cum Camerario, quidque hic senserit, & ipse Came-
rarius optimus testis est & intepres, ad caput Evangelistæ
Luce duodecimum, & Professores VVitebergenses in Nar-
ratione de fine quo vitam in his terris suam clauserit Phi-
lippus, pluribus persequuntur. Vel hinc igitur perspiciunt
boni, me quoque gratiam & venerationem debere Magno
Camerario: quo mortuo, certè non minus, ac mei olim vi-
vo, etiam ingravescente jam ætate meâ, tuto quotidie ad-
huc magistro utor atque doctore. Eum meum animum ut
testarer (desinam enim tandem ἀειπαυτολογεῖν) honâ fide
Nomenclatorem hunc concinnavi, speroq; ejus usum Lin-
guarum & artium studiosis aliquid momenti allaturum.
Quin spondere audeo, qui vel titulos hos & argumenta li-
brarum percurrerint, statim observaturos, reperiri in Ca-
merario, quo erudita doctrinæ copiam augeant Philologi,
quo sese oblectent historici, quod scrutentur Physici, quo
ingenii acumen exercent cùm Chronologi tum Mathema-
tici, quo deniq; quod caput solidæ beatitudinis est, in verâ

EPISTOLA

fide & pietate adificentur omnes aeterna salutis cupidi. Sed minor ego sum, quam ut ad Majestatem scriptorum Magni Camerarii meâ predicatione aliquid adjicere possim. Gratias autem tibi vir Excellentissime & habeo & ago maximas, qui Catalogum avitorum librorum tam prompte mecum communicâsti. Certè absque eo fuisset, Elenchum hunc meum ad umbilicum ducere non potuissem. Ex tuo enim in hunc meum intuli libros & tractatus plurimos, qui quando & à quibus & ubi impressi essent, prorsus ignoraveram. Tibi denique acceptam fero totam classem nondum editorum, sed tamen editione dignissimorum Dn. Avi tui monumentorum, Chronologica huic opera subnexam. Bene vale Domine & Patrone semper honorande: Syllabum hunc, quem mitto vel remitto potius (tuus enim, ut innui, verius est, quam meus eoq; jure postliminii ad te redit) serenâ fronte suscipe, me, sicubi extra oleas feror, haud gravatus in viam revoca, ipsamq; hanc ad te *πρόσφορον* in meliorem partem interpretare, & tuum, quod facis, favorem mihi & meis conservâ. Dab. Gedani K L D. Decembr. Anno 1645.

Excellentiæ Tuæ addictissimus

Georgius Summcus.

*Ioachimi Camerarii versus paulò ante
obitum ipsius, de suis scriptis
Compositi :*

COgitavi multa, tentavi aliqua, feci paucula,
Inchoata sunt relicta generis omnis plurima
Otium neque supererit, nec tanta vis fuit ingenii,
Ut liceret instituta corrigendo absolvere.
Aut caput quasi corpori informato adhuc impo-
nere.

Nunc quod est reliquum, videbunt ista forte qui le-
gent

Numquid emendatione digna forte existiment
Aut putent vel supprimenda, vel abolenda esse o-
mnia.

Idem.

Διὰ νύχθ' ὄλιω ἀγρυπνίας βαρενέσησ
Τῆσ δ, ἡμέρησ ἐμέ φροντίδων ἐλαυνισῶν
Νόσων δ' αἰεὶ χρονητικῶν ἐπιθροῶν,
Πᾶσ ἀνκαλόν τι γένοιτο τῶν λόγων ἔρρη.
Ἄλλωσ τε κἂν ἀμβυσία παρῆσθη νῦν
Βίον δ' ἅπαντα πανταχῶσ κατιχῶσ.

Editi sunt in primò volumine Epistolarum.

LECTOR

LECTORI:

Premisit suæ Melanchthonianæ Chronologiæ
Martinus Mylius Scholæ quondam Gorlicensis
Rector. meritissimus Genealogiam P. H. Melanthonis.
Premam ego quoque vestigia Myliana & ut lu-
men aliquod Elenchis præsertim librorum passim
prostantibus inferam & iuventuti doctrinæ & vir-
tutum gloria insignem familiam proponam Gene-
alogica quædam subjiciam: quædam, inquam, non
omnia. Grandioris enim hoc cothurni. Confun-
duntur enim aliquando, in indicibus librariis Patres
filiique cognomines Camerarii: arcessuntur in
horum cognationem qui communia cum eis præ-
nomina habent & cognomina: qui etsi affectu,
quo docti per orbem omnes, in familiam hanc sint
optimo, suoque loco de re literaria bene quoque me-
riti fuerint & mereantur, sanguinis tamen propin-
quitate illam non attingunt.

Pace igitur bonorum de Magno Camerario tantum
mihi scribere liceat. Pater ei fuit Iohannes, Pa-
tritius ac Senator Pabenpergensis: qui nullo me-
dicamento, nulla venæ sectione usus, annum æ-
tatis octogesimum secundum implevit: uxorem
habuit Martham ex Weceliorum familia
oriundam, ex qua ei præter filias nati tres filii:

Hieronymus triumpostea Principum Consiliarius,
qui obiit anno 1545. vid. vitam Philip. Me-
lanth pag. 213.

Iose-

Josephus Budæ vita functus cuius extat Epitaphi-
um apud Micyclum: Sylvarum lib. 4. pag. 370.
Ioachimus (noster) Græcæ Linguae & omnis poli-
tioris literaturæ instaurator, ab anno 1541. Acad.
Liplicæ Professor solertissimus, natus XII. A-
prilis Anno 1500. mortuus An. 1574.

Huic ex Anna, ex antiqua & nobili Truchsesiorum
à Grunsperg prosapia, Martini Filia: Ludovici,
quondam Ottonis Palatini, deinde vero Philippi
Electoris, in superiori Palatinatu, Neagoræj Can-
cellarii, Nepte: nati sunt:

ANNAE fromi Rudingeri, felicissimi Psalmorum Da-
vidicorum Paraphrastæ: Professoris Witebergen-
sis Coniux: mortua anno 1558.

MAGDALENA Coniux Iohannis Homilii libera-
lium artium Mathematicumque Magistri & Pro-
fessoris Liplici, de quo extat Oratio, ut ad annum
1563. ad scriptum est.

IOHANNES Consiliarius Illustrissimi Alberti Du-
cis Borussia: pater Iohannis Ioachimi.

MARTHA decessit virgo.

IOACHIMUS Medicinæ Doctor renunciatus Bo-
noniæ: C.S.E. mortuus anno 1597. Noribergæ,
in patria, quam sibi & suis devinxit medicinâ æ-
grotis factâ, Medicorum Collegio illic, sine opti-
mo & Reipub. utilissimo, primùm instituto & Se-
natus Sapientissimi auctoritate confirmato, præ-
clarissimisq; meritis aliis. Pater

IOACHIMI D. nuper quoque Noribergensis, Me-
dici felicissimi: BAL-

BALTHASAR s præfecti Cubani in Palatinatu ad
Rhenum.

LUDOVICI I. C. Sacr. Maj. Sued. ad Potentissi-
mos Foederati Belgii Ordines Legati meritissimi
nunc Eidem à Consiliis Secretioribus : Filio gau-
dentis avo cognomini **IOACHIMO** & genero Pau-
lo **STRASBURGERO** Sacræ Reg. Maj. Sued iti-
dem consiliariis : cujus etiam delitiæ sunt Nepo-
tes ex filia Maria Modesta, Patre Nobiliss. ac O-
ptimo Virorum Friderico d' Orvil. nati.

CHRISTOPHORI, qui cum sub Illustriss. Hollan-
diæ Ordinibus stipendia meruisset, Rheinberge
in præsidio obiit.

PHILIPPUS I. C. Magni Camerarii Tertius Fi-
lius, Horarum Subcisivarum Autor elegantissi-
mus : Reipub. Noribergensis Consiliarius : filio
cognomini Electoral. Palatinat. præfecto Rog-
genhusano : & generis binis, dum fata sinebant,
gavissus D. Paulo **FREHERO** Marquardi F. Mar-
quardi Fratris & D. Iohann. **IOACHIMO** Guand-
schneidero : Iuris Consultis in Repub. itidem No-
rica eximiis.

URSULA filia nupta Caspary **IUNGERMANNO I. C.**
& ex hoc mater inter cæteros lib. duorum filio-
rum : **IOACHIMI** & **LUDOVICI**. **IOACHIMUS** ju-
venis doctissimus, prorsus natus ad rem medicam
præcipuè vero herbariam, cujus amore & studio
cum exteras regiones & in his Palæstinam alias-
que Orientales adisset, tandem non procul à Co-
rintho

rintho navigans ex contagioso morbo periit : in-
genti cum dolore & planctu, ut totius familiae, ita
vel maximè Dom. Avunculi sui Ioachimi Medici
Noriberg. Lugentis maximè iacturam quam res
literaria nepotis eruditissimi obitu fecisset planè
irrecuperabilem. **LUDOVICUS** adhuc superat
Medicinæ Doctor, in Altorfina Noricorum Aca-
demia Botanices Professor nulli Secundus.

LUDOVICUS D. Quartus **IOACHIMI** Fil. libera-
li doctrinâ & imprimis ὀλης τῆς ἰατρικῆς cognitione
eximia præditus, Civitatis Annebergensis in Mis-
nia Physico-Medicus probatissimus.

GOTRIDUS Quintus Ioachimi F. Ducis quondam
Simerensis Pal. Rheni Richardi Consiliarius fide-
lissimus, sed non persequar omnes & omnia. Qui
plura volet Melchiorem Adamum in Vitis Medi-
corum & Philosophorum Germanorum adeat.
Tu verò ô Flos ætatis auree, intuere in hanc No-
bilissimam familiam ex qua ceu ex equo Trojano
prodierunt, cū qua affinitatem junxerunt tot viri
doctrina virtute & meritis in celeberrimas Aca-
demias, in honoratissimas Respub inque celsissi-
mas Principum & Regum aulas; clarissimi, Lin-
guarum, Philosophiæ, Medicinæ, Iuris Rerumque
& Actorum, tam extra, quam intra Romanorum
Imperium scientissimi, ii denique;

Est pietas verbumque DEI quæis regula vite.

Sic Te quoque studiosa juvenus bonis literis & ar-
tibus discendis, propagandis, & provehendis
ipfis-

ipsisque cœlis plantandis gnaviter impende: de-
nique exemplo sapius, sed non nisi cum honore
unquam, mihi nominandi Magni Camerarii pro
Ecclesia hîc militante supplices ad D E U M
preces quotidie funde:

Valde enim delectatus fuit Vir Pientissimus isto
Gregorii Nazianzeni disticho.

Χειρῶν ἔργον ἀείσον ἐς ἄρμονον αἰὲν ἀείρειν
ἀγνῶς καὶ παρέχειν ἐνοπέσσει λιπῆς

Idque aliquando inter prandendum Latino red-
didit isto:

Optimum opus manuum, has in cœlum tendere

puras

Atque pio castas fundere ab ore preces.

PRO ECCLESIA

Precatio

JOACH. CAMERARII.

O Æterne Deus, pater cœlestis,
Deus misericordiae καὶ οἰκτιρῶν re-
spice benignis oculis & propitio
vultu ad Ecclesiam filii tui, & illam spi-
ritu sancto governa atque rege, hoc du-
rissimo & periculossimo tempore ipsius,

uon

quo & salutaris fides magis jaſtari
quàm præſtari, & refrigeſcere indies
charitas cernitur. Ignosce, o clemen-
tiſſime Deus, erratis ſtultitiæ, & com-
peſce improbitatem. Fac, quaſumus, te
concordi doctrinâ cæleſtis veritatis, &
conſentiente ſtudio obedientiæ colamus,
& regenerati tuo beneficio, participes-
que facti juſtitiæ æternæ, in ſpatio hujus
vitæ, annitamur & contendamus pro-
ducere fructus juſtitiæ & novitatis, ut
te perpetuò celebremus venerantes, per
filium tuum unigenitum Dominum no-
ſtrum Jeſum Chriſtum, cum quo in uni-
tate ſancti ſpiritus vivis & regnas, u-
nus, verus, ſolus, juſtus, ſanctus, fortis,
immortalis, omnipotens, miſericors De-
us. Tuum eſt regnum, potentia, laus,
gloria, honor, victoria ſempiterna,
Amen.

Vid.

Vid. Viatic. Itiner. Extremi Nathani Chytrai

pag mihi 378. 379.

Nunc tandem ad Catalogum ipsum accedamus :
In eo autem non mirabitur Lector eisdem libr. &
tractatus diversis annis annotatos. Quia enim cu-
pidè excipiebantur & distrahebantur exempla, inde
adeò factum est ut editio eorundem sæpius fuerit
repetita. Norit etiam Lector ad annum 1552. re-
ferendum esse hoc quoque. Scriptum : Vita Fortif-
simi & Laudatissimi Ducis Mauricii Saxon. quondam
Electoris : Græce conscripta ac in Sermonem Lati-
num conversa à Simone Stenio Lomacensi Misnico :

Vide Freher Part. tert. Scriptor.

Germaniæ pag. 447. 448.

Prodierunt igitur de scriptis Magni Camerarii.

ANNO



Anno Christi M. D. XXIIII.

Conversio in Latinum sermonem primæ Olynthiacæ Demosthenis.

Haganoæ in officina Seceriana in 8.

1524.

M. D. XXV.

Conversio in Latinam linguam Luciani scripti contra indoctum, multâ tamen librorum supellectile tumentem. Witenbergæ in 8. 1525.

M. D. XXVIII.

Primus editus libellus continens præcepta honestatis atque decori puerilis. Scripsit enim in librum Camerarii de decoro Thomas Venatorius hendeca syllabos quosdam an. 1527.

Vid. tertium libellum Epistolarum Eobani lit. N. 6. Confer quoq; præfationem Camerarii ad Megalam in præcepta morum, de quibus infra ad an. 1544.

1530.

Theocriti Græca poëmata cum præfatione Græca Ioachimi Camerarii ad Georgium Hel-
tum.

Haganoæ apud Iohannem Secerium in 8.

A

Illustri-

Illustrum ac Clarorum virorum memoriae scri-
pta epicedia per Helium Eobanum Hessum,
Item Epitaphia Epigrammata composita à Ioa-
chimo Camerario. Norimbergæ apud Frid. Pey-
pus in 8.

Διωνος περιέως σοφίας περί άπορίας. Dionis Prusaensis
Sophistæ, de eo quod non temere credendum,
Latine versum cum annotationibus.
Apud Ioh. Petreum Norimbergæ in 8.

Fabri Quintiliani libri duo priores restituti, & an-
notationibus aucti.

Haganoë apud Seccerium in 8.

Astro-

Astrologica.

Hoc est:

- I. Circulus solaris.
- II. De judiciis, sive significationibus duodecim locorum orbis signiferi.
- III. Decreta Planetarum in singulis Zodiaci locis atque hæc latina quoque facta sunt, iisque adjectus est libellus de natura Planetarum.
- IV. Meditationes accommodatę ad Astrologicam rationem ab ipso in latinam linguam conversa. Norinbergę apud Ioh. Petreum in 8.
- Norica sive de Ostentis libri duo primum editi cum præfatione Philippi Melanchtonis. Wittebergę apud Georgium Rhau in 8. Et Basileę apud Oporinum cum Iulio obsequente & Polydoro Virgilio de prodigiis, nec non Lugduni apud Iohann. Tornæsium Typographum Regium an. 1589. in 12.
- Petri Mosellani Protegensis Viri eruditissimi in M. Fab. Quintiliani Rhetoricas Institutiones Annotationes
Et
Ioachimi Camerarii in duos priores ejusdem Quintiliani libros Annotationes.
Colonię apud Soterem, mense Majo.
- Iohannis Varennii Syntaxis cum annotatiunculis Ioachimi Camerarii: Colonię.

DE Theriacis & Mithridateis remediis Com-
mentariolus, item ad Pamphylianum de
Theriacalibellus Galeni. Item Galene anti dote An-
dromachi. Theriaca Antiochi. Antidotus Phi-
lonis conversa in latinum, adjectis his & aliis
quibusdam Græcis diligenter emendatis.

Norinbergæ apud Ioh. Petreum in 8.

Alberti Dureri Cl. Pictoris & Geometræ de Sym-
metria partium in rectis formis humanorum
corporum libri in latinum conversi. Norin-
bergæ in ædibus viduæ Durerianæ in fol.

M.Fab.

M. Fabii Quintilianij Rhetoris Clarissimi Oratoriarum Institutionum libri XII. restituti penè in universum sibi, operâ & industriâ Ioachimi Camerarii Iohannis Sichardi, aliorumque doctissimorum.

Adjecta est præcipuorum locorum libri primi & secundi ejusdem Camerarii Expositio, nec in reliquorum librorum locis difficilioribus, quæ à doctis annotata sunt, aut declarata, præterimus. Apud Coloniam Agrippin. in officina Gymnici in 8.

Idem XII. Institutionum libri editi rursus sunt an. M. D. XXXVI. apud eundem Gymnicum, cum Castigationibus Guilielmi Philandri Castilioniei huic editioni sparsim adjectis. in 8.

Commentarii Interpretationum argumenti Thebaidos fabularum Sophoclis. In officina Seccariana Haganoë. in 8.

Cl. Pictoris & Geometræ Alberti Dureri de Varietate figurarum & flexuris partium ac gestibus imaginum libri duo, qui prioribus de Symmetria quondam editis, nunc primum in latinum conversi accesserunt.

Norimb. in ædibus Viduæ Dureri in fol.

IN hoc libello curâ & diligentia Ioach. Camerarii
perfecta hæc in sunt.

Erratum, in quo circiter quadraginta loca Auto-
rum cum veterum tum recentium notantur.

Æolia, in qua exponuntur nomina locaque Vento-
rum Græca & Latina.

Phænomena, quæ est siderum & stellarum historio-
la prognostica, ubi supra trecenta & triginta in-
dicia tempestatum memorantur. Norimb. apud
Ioh. Petreum in 8.

*Κλαυδίου πτολεμαίου πελασιέως τετραβίβλος συντάξις προς Σύ-
ρην ἀδελφόν τῆ αὐτῆ καρπὸς πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρην*

Claudii Ptolomæi Pelusiensis libri quatuor com-
positi Syro fratri. Ejusdem fructus librorum
suorum, sive centum dicta ad eundem.

Traductio in linguam latinam librorum Ptolemæi
duum priorum & ex aliis præcipuorum aliquot
locorum.

Conversio centum dictorum Ptolemæi in Lat. Io-
viani Pontani.

Annotatiunculæ ejusdem Ioachimi ad libros prio-
res duos judiciorum Ptolemæi.

Matthæi

Matthæi Guarimberti Parmensis opusculum
de radiis & aspectibus lanetarum.

Aphorismi Astrologici Ludovici de Rigis, ad Pa-
triarcham Constantinopolitanum.

Norimb. apud Joh. Petreum in .

Macrobbii opera omnia singulari diligentia ab eo-
dem emendata.

Basileæ ex off. Joh. Hervagii in fol.

In libello hoc, insunt

Προσβευτικὸς Ἀειεὶδὸς

Ἀντιρήτικὸς Λιβανίου

Hoc est,

Quid dici amplius ab Vlyssæ legato ad Achillem &
responderi ab hoc potuerit. Utraque oratio con-
versa in Latinum à Ioach. Camerario. Eiusdem &
Paraphrasis Græca, Homerici utriusque loci addi-
ta est.

Hagan. Anno XXXV.

A

4

Theo-

Αεὶδὸς

1536.

Theodoriti Episcopi Cyrensis rerum Eccle-
siasticarum libri quinque in Linguam Lati-
nam Conversi à Ioach. Camerario. Accessit eo-
dem Camer. autore Catalogus Imperatorum ali-
quot, ut & Episcoporum in præcipuis Ecclesiis,
nec non hæreseon & Catholicorum aliquot quo-
rum in Theodoriti scripto mentio fit index, in-
terpretatio denique vocabulorum Essentia &
Substantia: & de discrimine inter ista duo Basilii
Magni Epistola.

Basil, apud Iohannem Hervag, in fol. 1536-
Et postea cum aliis scriptoribus Ecclesiasticis
apud Froben. 1544.

Nec non apud Sebastian. Henric. Petri anno 1611.
cum præfatione D. Ioh. Iacobi Grynæi ad Nobil.
D. Barthol Schachmannum Gente Borussam an-
no 1587. scripta.

1537.

Narratio stragis Heidelbergensis edita à disje-
cta turri veteris arcis, in quem fulmen ada-
ctum fuisset, exposita epistola Iacobi Micylli,
anteposita epistola quadam Ioachimi Camerarii
cui Micyllæa respondit.

Tubingæ per Vlr. Morhard. hoc anno seor-
sim edita

Confer Micylli Sylvar. lib. 3. pag. 216. 217.
228.

Aesopi

Æsopi Phrygis Fabularum Celeberrimi Auto-
ris vita, Fabellæ Æsopicæ plures quadrin-
gentis, quædam prius etiam, multæ nunc pri-
mum editæ, omnes autem orationis Conveni-
ente & æquabili veluti filo pertextæ à Ioachimo
Camerario Pabergen. Fabulæ item Livianæ duæ:
& Gellianæ aliquot, nec non Politiani, Gerbelii,
Erasmi narrationes. His accesserunt explicatio
nonnullorum & demonstratio Græcorum: de
quibus Fabulæ aliquæ vel præcepta decerpta fue-
runt: Cum indice Capitum & locorum quorun-
dam doctrinæ & sententiarum, ad quæ narra-
tiones referri possunt. Tubingæ ex officina Vl-
rici Morhardi: Mense septembri &c. in octav.

ΛΕΞΙΚΟΝ ΒΑΡΙΝΟΥ ΒΑΒΩΡΙΝΟΥ τὸ μέγα καὶ
πάνυ ὠφέλιμον

Dictionary Varini Phavorini magnum & per u-
tile cum præfatione Ioachimi Camerarii.

Basil. apud Robert. Winter in fol. 1538.

As Com-

Commentarii explicationum in M. T. Cicero-
nis, Tusculanarum Quæstionum in lib. primum
ad Iulium Pflugum, quibus est inserta copiosa di-
sputatio de imitatione, defensaq; utilitas & boni-
tas & ratio quædam, quasi via demonstrata illius,
unâ cum Epistola ad Ioh. Oporinum, quâ Apol-
lonii Thyanei de imitatione quoque sententia
declaratur.

Bas. in off. Rob. Winter in 4.

Ἐπιγράμματα ἑλληνικὰ τῶν παλαιῶν ποιητῶν καὶ ἐπιτάφια μετὰ
τῶν ἐπιγραμμάτων Ἰαχέμου Καμερaris καὶ Ἰακώβου τῆ Μι-
κύλλου.

Epigrammata veterum Poëtarum cum Epitaphiis
& Epigrammatis Ioach. Camerarii & Iacobi
Micylli. Bas. apud Hervag. in 8.

Com

1538.

Commentarius explicationis primi libri Iliados
& ejusdem conversio in Latinos Versus cum
Græco textu Argent. apud Cratonem Myllium
in 4.

Galenii librorum Græcæ editionis pars quarta ab i-
pso emendata. In off. Hervagiana in fol.

Theonis Alexandrini in Cl. Ptolemæi magnam,
constructionem commentationum lib. XI. Græ-
ce ejus opera editi. Bas. apud Ioh. Walderum
in fol.

Oratio funebris dicta de Eberhardo primo duce
Wirtenbergensi cum aliquot Epitaphiis in ean-
dem.

Tubingæ apud Morhardum. 4.

1539.

In hoc libello hæc insunt.

De tractandis equis, sive *ἰπποκομιχόν.*

Conversio libelli Xenophontis de re equestri in
Latinum.

Historiola rei numariæ, sive de nomismatis Græ-
corum & Latinorum.

Tubingæ apud Vlricum Morhardum.

1540.

Delectæ quædam Græcæ Epistolæ seu flosculi, de
diversis editis quondam & ab Aldo & ab aliis,
cum interpretatione Latina, plurimum, quorum
nomina suæ quodq; operæ ascriptum cernetur.
In Academia Tubingensi elaboratæ apud Vri-
cum Morhardum, in 8.

Commentarii explicationum secundi libri Home-
ricæ Iliados. Item conversio Græcorum versu-
um in Latinos.

Argentorati apud Crat. Mylium in 4.

Thucydides cum scholiis antiquis Græcè editus
cum Castigationibus & annotationibus Came-
rarii:

Basilææ in off. Hervagiana in fol.

Poëmata duo Bucolica Ioachimi Camerarii Pabenp.

Diræ seu lupus & querela sive Agelaus *εἰς τὸν κλίπτην.*

Opera M. T. Ciceronis à Ioach. Camerario diligen-
ter castigata: additis Petri Victorii, & ipsius an-
notationibus Bas. ex officina Hervagiana in fol.
duobus Tomis distincta.

Θεῶν σοφιστῶν γυμνάσματα.

Theonis Sophistæ, primæ apud Rhetores exercita-
tiones, innumeris: quibus scatebant antea, men-
dis repurgatæ, & in Latinū sermonem conversæ.
Bas. sumtu & cura Ioh. Oporini in 8.

Ele-

1540.

Elegiæ ὁδοιπορικῆς v. & Carmen ὁδοιπορικόν Ioh. Ludovici Brassicani. I. Metallaria. II. Dyringica & Encomium vitæ Rusticæ. III. Nemetum, IV. Saxonica. V. Plumbaria cum aliis quibusdam nunc primum editis.

Argent. Ex off. Crat. Mylii in 8.

Herodoti libri novem, quibus Musarum indita sunt nomina, Græcè.

Ad hæc Georgii Gemisti, qui & Pletho dicitur, de iis, quæ post pugnam ad Mantineam gesta sunt, libri II.

Unà cum Ioachimi Camerarii præfatione, Annotationibus, Herodoti vita: deque figuris, & qua usus est, dialecto: omnia in studiosorum utilitatem diligenter conscripta.

Basileæ in officina Hervagiana in fol. anno 1540. & 1557.

1541.

Θεοφράστου τῆς πλάτωνος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ Αριστοτέλους, μαθητῆς καὶ διαδοχῆς τὰ μέλαι νῦν σωζόμενα ἅπαντα.

Theophrasti opera, quæ restant, partim hinc inde conquisita, atque in unum veluti corpus reductas, partim à multis mendis Doctorum virorum industriâ & meliorum exemplarium ope repurgata.

Accessit

Accessit Ioach. Camerarii Prefatio, in qua de pre-
stita in hisce omnibus opera, tum de Simonis
Grynei CL. viri obitu aliquid dicitur.

Bas. apud Hervagium in fol.

Præcepta vitæ puerilis prosâ oratione & carmine
Elegiaco. De Gymnasiis sive Exercitatio-
nibus & ludis puerorum dialogus. Bas. apud
Rob. Winter in 8.

Oratio de studio bonarum artium atq; lingue Græ-
cæ atque latinæ pronunciata ab ipso in Acade-
mia Lipsensi. Lipsiæ apud Valent. Pap. in 8.

Oratio senatoria de bello Turcico *κατὰ προσηγο-
ρίαν* Item Tyrtæi Carmina *πατριωτικά* & alia
nonnulla.

Tubingæ apud Morhardum in 4.

Commentarii in Orationem Ciceronis pro Mure-
na Lipsiæ apud Nicolaum Vuoliab. in 8. Et Bas.
apud Oporinum cum diversorum authorum in
Orat. Cic. Comment. 1553.

Huc spectant illa verba Philippi in Epist. ad Ca-
merari: pag. 419. Cum his diebus interpretari
Murenianam orationem cepissem tuasque enar-
rationes adjunxissem, legi dulcissimam conio-
nem tuam de amicitia. In hac visus sum mihi vi-
dere

1542.

De re imaginem animi tui, vera ratione cum ceteras virtutes tum & amicitiam colentis magnamque ex cogitatione tuę virtutis & noſtrę amicitię voluptatem cepi.

1543.

Synodica, id eſt, de dicta Synodo, capita prima ſe-
cunda & tertia.

Lipſię ex off. Iacobi Berwald, in 8.

Doctrinę de Religione Controverſę inter ſeſe op-
poſita capita.

Commentarii Explicationum in reliquos quatuor
M. T. Ciceronis Tuſculanarum queſtionum li-
bros ad Preſtantiſſimum Virum Danielem Sti-
barum Canonicum Wirtebergenſem.

Iochimo Camerario Autore.

Adjectus eſt quoque rerum & verborum in hiſce me-
morabilium locupletiſſimus index.

Cum gratia & privilegio Cęſareo ad quinquen-
nium.

Baſileę apud Iohannem Oporinum

Anno Salutis M. D. XLIII, menſe Martio.

Verſibus certis reſpondit ad ſcurrilem criminatio-
nem de tribus Martinis : vide in Epift. Philip. ad
Camer. Epistolam Crucigeri pagin. 432.

Xeno-

1543.

Xenophontis Atheniensis de Forma Reipub. Lacedæmoniorum: ejusdem de Forma Reipub. Atheniensium: Ejusdem de præfectura & disciplina Equestri liber: omnia nunc primum in Latinum sermonem conversa à Ioach. Camerar. adjunctis annotationibus quibusdam

Lipsiæ in officina Valentini Papæ.

1544.

Libellus Ciceronis de Partitione Oratoria totius artis capita Complectens, editus, & alicubi explicatione auctus à Ioachimo Camerario.

Lipsiæ in off. Val. Papæ in 8. recusus in eadem offic. anno 1549.

M. T. Ciceronis Epistolæ, quas vulgò appellarunt familiares, editæ de sententia Camerarii, cum præfatione & castigationibus ejusdem.

Lips. in off. Val. Pap. in 8.

Elegiaco Carmine Græco expressit Psal. CXXXIII. de concordia: de quo Philippus in Epist. ad Camerar. pag. 419. Tuum Psalmum de Concordia multis jam ipse mea manu descripsi: imò & versionem multis scripsi ad verbum, adeò quotquot viderunt avidè expetierunt.

Vide libellum in quo exponuntur V. quæstiones quibus tota doctrina & universum negotium Evangelicū continetur, propositæ Lipsiæ futuris Doctores Theologiæ. Lips. ex Offic. recentis Valent. Papæ in 8. Elemen-

Elementa Rhetorica, sive capita exercitationum, studiique puerilis & styli, ad comparandam utriusque linguæ facultatem collecta, nunc de- nuò emendatiora & auctiora edita.

Basil. apud Ioh. Opor. in 8.

Libellus Græcæ Grammaticæ Philippi Melanchtonis adjectis tabulis flexionum quarundam: quæ omnia nunc multò quàm ante edita fuere, accuratiùs & perfectius, studio Ioachimi Camerarii.

Oratio dicta de Cultu Pietatis ac Virtutis & studiis bonarum artium exordiis doctrinæ publicæ festi- mestriæ festivo à Ioach. Camerar. Pabergensi.

Lipsiæ in officina Valentini Papæ in 8.

De invocatione Sanctorum, qui ex hac vita excesserunt ad Bartol. Latomum. Ad M. Irenæum de Antonii Eparchi Corcyrei scriptis literis ad Philip. Melanchtonem, Opuscula Ioach. Cam. Pabergens. græca: quib. præmissa est Epistola Latina ejusdem ad Petrum Medmanum.

Lipsiæ in officina Valent. Papæ in 8.

Capita pietatis & Religionis vid. ad an. 1547.

B

Libel-

Libellus Ioachimi Camerarii Pabergens. de Invocatione Sanctorum, ex lingua Græca in Latinam conversus, à M. Melchiore Isindero: Silesio. Adjecta sunt & alia opuscula, hâc serie: Ioach. Camerarii ad M. Irenæum, de Antonii Eparchi Corcyrei scriptis literis ad Philippum Melanthonem.

Locus ex Plutarcho de mutatione Rerum publicarum. Quæ omnia ex lingua Græca conversa sunt, opera M. Melchionis Isideri.

Scriptum Philippi Melanthonis de aperiendo ludo literario liberalium artium, ex lingua vernacula in Latinam translatum per eundem Melchiorum Isiderum.

In Academia Regii Montis. In 8.

Historia rerum gestarum in Græcia, succinctâ interpretatione librorum Xenophontis à Leonhardo Aretino exposita. Addita narratio est præcipuarum rerum temporis secuti prælium ad Mantineam usque ad Alexandrum Magnum.

Lipsiæ apud Val. Pap. in 8.

Belli

Belli Smalcaldici Anno M. D. XLVI. inter Ca-
 rolum V. Cæs. & Protestantium Duces gesti
 Commentarius Græco sermone eleganter scri-
 ptus à Ioach. Camerario Pabepergensi cum ver-
 sione Latina & Supplemento Simonis Stenii Lo-
 macensis. Extat Marquardi Freheri Rerum Ger-
 manicarum scriptorum Tomo tertio pagina:
 387.

B a

Capit

n-
 in
 le-
 E-
 le-
 ca-
 nt,
 do
 ula
 io-
 er-
 rdo
 ua-
 nti-
 belli

1547.

Capita Pietatis & Religionis Christianæ versibus Græcis Comprehensa ad Institutionem puerilem cum interpretatione Latina.

Veri Episcopi sollicitudo & Presbyterorum cura indicata de cap. XX. Act. Apostol.

Prophætæ Salomonis, ut videntur consortia pravorum, de teutonicis versibus translatae in Græcos & Latinos. Preces Christianæ expositæ versibus Heroicis à Iohanne Stigelio:

Lipsiæ apud Valentin. Pap. in 8.

Erant quoque editæ anno 1545.

1546.

Fabellæ Æsopicæ quædam notiores, & in scholis usitatae, partim exceptæ de priori editione, partim nunc primum compositæ.

Lipsiæ ibidem in 8.

Thomæ

1548.

Thomæ Linacri Britanni de emendata structura
Latini sermonis lib. VI. Cum indicatione lo-
corum, unde exempla ab autore adducta fuerunt,
recognita à Joach. Camerario. Accessit libellus
ejusdem Camerarii de arte Grammatica & figu-
ris dictionum Lipsiæ apud Val. P. ap. in 8.

M. T. Ciceronis, de Officiis lib. III. de Senectute,
de Amicitia, Paradoxa & somnium Scipionis;
Cum Prolegomenis Joach. Camerarii.
Lipsiæ apud Val. P. ap. in 8.

Ioachimi Camerarii in M. T. Ciceronis Tusculana-
rum Quæstionum libros V. Commentarii longè
doctissimi: quorum primo & secundo inserta est
copiosa disputatio de IMITATIONE, defen-
sæque utilitas atq; bonitas & ratio quædam qua-
sique via demonstrata illius.

Reliqua quæcunque in posterioribus quatuor Tu-
sculanarum Quæstionum libris obscuriora ma-
gisque memorabilia occurrunt loca, lucidissimè
simul atque eruditissimè explicantur.

Accessit quoque Epistola ejusdem cum primis eru-
dita ad Iohannem Oporinum, quâ Apollonii
Thyanei de imitatione sententia declaratur, Vnà
cum rerum & verborum in hisce omnibus me-
morabilium triplici indice.

Basileæ 1548.

B 3

Voca-

Vocabula Rei nummaria, ponderum & mensurarum Græca, Latina, Ebraica, quorum intellectus omnibus necessarius est: Collecta ex Budæi, Ioachimi Camerarii & Philippi Melancht. Annotationibus, Additæ sunt & Volucrum & piscium appellationes collectæ à Paulo Ebero & Casparo Peucero.

Witebergæ per Iosephum Klug.

Libellus Græcæ Grammaticæ Ph. Melanchtonis, accuratius & perfectius editus studio Ioach. Camerarii Pabenp.

Accessit ejusdem Camerarii lib. de Orthographia.

Lipsiæ ap. Val. Pap. in 8.

M. Accii Plauti Comœdiæ sex magna cum curæ emendatæ, unâ cum annotationibus additis.

Lips. apud Val. Pap. in 8.

Εὐκλείδου στοιχείων βιβλία ἕξ.

Euclidis Elementorum Geometricorum lib. VI, Conversi in latinum sermonem.

Lips. apud Val. Pap. in 8.

Hoc anno edidit annotationes in Terentium cum præfatione ad discentes bonas literas. Vide Terentium Matthiæ Bergii Professoris Altdorfini, pag. 472.

Libel-

1550.

Libellus Scholasticus utilis & valde bonus, quo
Continentur Theognidis præcepta, Pytha-
goræ versus aurei: Phocylidæ præcepta, Solo-
nis, Tyrtæi, Simonidis & Callimachi quædam
Carmina Collecta & explicata à Ioach. Camera-
rio Basil. 1550.

Accessit rerum & verborum memorabilium In-
dex, Basileæ per Oporinum.

B 4

De

DE Carminibus ad Veterum Imitationem ar-
tificiose componendis præcepta bona &
utilia, collecta à Georgio Sabino.

Enumeratio eorum, quæ in docendo præcipue
sequenda esse videantur, Græcè & Latinè expo-
posita à Ioach. Cam. Paber.

Lipfiæ apud Val. Pap. in 8.

Λειθμολογία ἠθική, in quo libello continentur nume-
ris comprehensæ indicationes variæ, de quibus
animus instrui poterit multiplici cognitione, in-
primis prudentiæ & honestatis præceptis.

Bas. apud Oporinum in 8.

Commentarii utriusque linguæ, in quibus est
διασκευὴ ὀνομαστικὴ τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπινῳ σώματι μερῶν, id est.
diligens exquisitio nominum, quibus partes cor-
poris humani appellari solent. *πρῶστεισῶν καὶ τῶν
τῆσ' χρείας ἐκάστων ὀνομασιῶν, καὶ παρεπομένων τινῶν αὐταῖσ'.*
i. e. additis & functionum nomenclaturis & aliis
his accidentibus, *παραλλήλωσ' σχεδὸν κειμένων τῶν τε ἑλλη-
νικῶν καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν λέξεων*, positis ferè contra se
Græcis & Latinis vocabulis.

Basil. apud Ioh. Hervag. in fol.

Sententiæ Iesu Syracidæ Græcæ summâ diligentia
cum necessariis annotationibus editæ.

Bas. apud Ioh. Oporinum in 8.

prima Editio.

Expo-

1551.

Expositio versuum Solonis & aliorum quorundam
veterum Latina, & de his Commentatio.

Lipsi apud Val. Pap. in 8.

Opus utrumque Homeri Iliados & Odysseæ, dili-
genti opera Jacobi Micylli & Ioachimi Came-
rarii recognitum. Item Porphyrii Philosophi
Homericarum Quæstionum lib. I. Eiusdem de
Nympharum antro in Odysseæ opusculum.

Bas. apud Ioh. Hervag. in fol.

Græca omnia.

B 5

1552

Ἐιδημολογία ἡθικὴ cum conversione Latina Ioach. I. F.
Camerar.

Accesserunt Exempla diversa exercitii Rhetorici id
est, oratione perspicua enunciandi cogitationes
prudentiæ & doctrinæ.

Lips. apud hæredes Val. Pap. in 8.

Secunda Editio auctior.

Historia Synodi Nicænæ, diligenter Latina exposi-
tione explicata. Lips. apud eosdem, 8.

Notatio figurarum Græcarum in scripta Aposto.
ibidem in 8.

Hymni XXIII. Georgii Fabricii de historia &
meditatione mortis Christi cum duobus carmi-
nibus Camerarii, altero latino ad Christum σωτήροσ
altero græco de σωρώσι τῷ σωτήροσ.

Ioach. Camerarii de Ostentis libri duo, cum Iulii Ob-
sequentis &c. Prodigiorum libro &c. Basileæ ex
officina Iohannis Oporini.

Indicationes multorum, quæ ad lætionem fabularum Plauti non nihil momenti afferre possint, quæ collegit Georg. Fabricius Chemnicensis. E-mendationes editi exempli Plautini à Ioachimo Camerario de recognitione ipsius In Offic. Val. Pap. in 8.

Oratio habita Lipsiæ ad funus Illustrissimi Principis, Mauricii Ducis Saxoniae Electoris, cum præterduceretur XVII. Cal. VII. Lips. in off. Val. Pap. in 4.

Θεοκρίτου εἰδύλλια, τὰτ' ἐστὶ μικρὰ ποιήματα ἕξ καὶ τετράκοντα. Τῶν αὐτῶν ἐπιγράμματα ἑννεακαὶ δέκα. Τῶν αὐτῶν πέλοισι καὶ ἰωτερόγειον. Μετὰ τῶν χολίων ζαχαρίας Καλλιέργου πόνου ἀφελίμων. Theocriti Ejdyllia, Hoc est, Parva Poëmata XXXVI. Ejusdem Epigrammata XIX. Ejusdem Bipennis & ala. Præter hæc & Latina versio Carmine non infeliciter reddita per H. Eobanum Hessum, & Ioachimi Camerarii scholia non inerudita accessere.

Frankofurti & Offic. Petri Brubachii in 8.

Narratio de Eobano Hesso Comprehendens mentionem de Compluribus illius ætatis doctis viris. Epistolæ Eobani Hessi ad Camerarium & alios quosdam familiari in genere cum lepidæ & facetæ, tum literatæ & eruditæ, cum quibusdam Camerarii & aliorum, scriptis Norimb. apud Ioh. Montanum & Vlricum Neuberum in 8.

Com-

1553.

Commentarii in Orationem Ciceronis pro L. Flacco, ex Camer. lectionibus collecti. Bas. in Volumine ab Oporino excuso, in quo Varii Commentarii in Orationes omnes Ciceronis, editi sunt in fol.

1554.

Prophetae Ieremiae lamenta conversa in Anapaestos Latinos cum aliis nonnullis versibus. In Offic. Val. Papæ in 8.

In hoc libello insunt Versus Senarii de Analogiis: Divisio puerilis institutionis. Graphica & ipsa senariis versibus exposita. Omnia nunc primum partim edita, partim recognita.

Lips. in off. Val. Papæ in 8.

Querela M. Lutheri sive somnium.

Basileæ apud Oporinum in 8.

Recus. Gorlicii in 4. &c. Typis Ambrosii Eritsch. anno 1580.

Synesii

Synesii Cyrenæi Oratio ad Arcadium Theodosii
f. de Regno. De Officio Imperatoris, sive Re-
gis, conversa in Latinum sermonem, addita hi-
storiola de ipso authore. In off. Val. Papæ in 8.
Libellus scholasticus utilis, quo continentur The-
ognidis præcepta. Pythagoræ versus aurei: ho-
cylidæ præcepta, Solonis, Tyrt. Simonidis & Cal-
limachi quædam Carmina Collecta & Græcis
annotationibus explicata.

Bas. per Ioh. Oporinum in 8.

P. Terentii Afri Comœdiæ VI. denuo singulari di-
ligentia editæ, opera & studio Ioach. Camerarii,
Lips. in off. Val. Papæ in 8.

Querela Martini Lutheri sive somnium ὄλον hypar.
sive Syndicus Querelæ Lutheri. Bas. apud Opo-
rinum in 8.

Conciones Synodicae Statis temporibus habitæ in
Ecclesia Merseburgensi à Reverendiss. & Illustriss.
Principe Georgio Anhaltino & Ascania & c.
Pr. posito Magdeburgensi & Misnensi: editæ à
Ioachimo Camerario præmissa ejusdem ad Illu-
striss. Dn. Ioachimum Pr. Anhalt. epistola dedi-
catoria & de Rever. & Illustriss. Principe Anhalt.
Georgio Narratione.

Lipsiæ in officina Valentini Papæ.

In hoc

IN hoc libello continentur Hippocomicus, quæ
est disputatio de curandis equis.

Xenophontis liber de re equestri latinus factus.

Nomina Equestria Græca & Latina.

Xenophontis lib. de Rep. Lacedæmoniorum & A-
theniensium, itemque de præfectura equestri,
conversi in latinum sermonem.

Historia rei nummariæ, sive de numismatis Græcis
& Latinis.

Lips. apud Val. Pap. in 8.

Editio secunda auctior.

Commentatio Explicationum Omnium Tragædia-
rum Sophoclis cum exemplo duplicis conver-
sionis.

Bas. per Ioh. Oporinum in 4.

P. Virgilii Maronis Bucolicorum explicatio præ-
scripta de commentatione Ioach. Camerarii,
cum indicatione & interpretatione locorum
Theocriti, cujus author est Eobanus Hessus.

Argent. apud Blasium Fabricium, in 8.

Hero:

De Græcis Latinisque numerorum notis, & præterea
 Saracenis seu Indicis, cum indicatione Elemen-
 torum ejus, quam Logisticam nominant, & vo-
 cabulorum artis interpretatione, & aliis quibus-
 dam ad hanc pertinentibus. Additæ sunt ^{ἑρῶμας}
 Græcè, serie literarum expositæ, ad usum puerilis
 institutionis.

Norimb. in off. Helleriana in 8.

Libellus alter Epistolas complectens Eobani & alio-
 rum quorundam doctissimorum virorum, nec
 non versus varii generis & argumenti

Lips. in off. Val. Papæ in 8.

Hoc anno profecto Philip. Melanthe ad collo-
 quium Wormatiense, mortua est ejus conjux Wit-
 teberge. Exorarunt igitur Camerarium commu-
 nes amici, ut ad Philippum quàm primum se con-
 ferret, ut nuncio accepto domestici luctus aliquid ei
 allevationis contingeret ex præsentia Camerarii cu-
 jus consuetudo & usus ei esset jucundissimus. vid.
 vitam Philippi pag. 368. 369. pertinet huc Camera-
 rii Hodœporicon Hyemale: Tertio libello Episto-
 lar. Eobani P. 3. b. & Hodœporicor. Reusner. li-
 bro VI, pagin. 480.

M. Ac.

1558.

M. Accii Plauti Comœdię XX. diligenti & singulari studio emendatius nuncquam ante unquam ab ullo editę Adjectis etiam Camer. ad singulas comœdias argumentis, & annotationibus Accesserunt jam indicationes multorum adlectionem Plautinam conferentes, Georgii Fabricii Chemnicensis. Bas per Ioh. Hervagium & Bernhardum Brant. in 4.

Decorum qui Cometę appellantur nominibus, naturâ, causis, significatione, cum Historiarum memorabilium, Illustribus exemplis, disputatio atque narratio.

M. Tullii Ciceronis libri III. de officiis. Item de amicitia & de senectute. Paradoxa & Somnium Scipionis cum quorundam doctissimorum virorum annotationibus & Prolegomenis Ioachimi Camerarii.

Lips. in officin. Valentin. Papę.

Tho

Thomæ Linacri de emendata fractura Latini
Sermonis libri VI. recogniti à Ioach. Cam.
Lipsiæ in officina hæredum Valent. Papæ.

De eorum qui Cometae appellantur, nominibus
Natura, causis significatione, cum historiarum
memorabilium illustribus Exemplis Disputatio
atque Narratio Ioach. Camerari.

In officin. hæred. Val. Papæ.

Dispu-

Disputatio de piis Catholicis & orthodoxis precibus & invocatione nominis Divini & expositæ formulæ harum tam de sacris scripturis, quam de aliorum usurpatione descriptæ Græcè & Latinè. Accesserunt definitiones præcipuarum rerum, quarum mentio in hac disputatione fit. Ad usumpiæ & studiosæ juventutis puerilis. Arg. apud Iosiam Rihelium in 8.

Epitaphium Philippo positum in templo arcis Wittembergæ laminæque æreæ literis inauratis incisum, authorem habet Camerarium quem vide in vita Philippi pag. 420. & seq.

Tertius libellus Epistolarum Eobani Hessi & aliorum quorundam virorum autoritate virtute, sapientia doctrinaque Excellentium editus autore Ioachimo Camerario Papebergensi.

Lipsiæ apud Vægelinum. In 8.

Capita quædam pertinentia ad doctrinam de moribus & civilis rationis facultatem, quæ est ἡθική & πολιτική. Lipsiæ apud Ioh. Rhambam in 8.

Chronologia secundum Græcorum rationem, temporibus expositis autore Nicephoro Archiepiscopo Constantinopolis conversa in Latinam linguam à Ioachimo Camerario Papeberg. Addita est ejusdem narratio de Synodo Nicæna & accessit nova numeratio Synodorum Oecumenicarum. Bas. apud Ioh. Oporinum in fol.

Poë.

1561

POëmata doctrinæ eruditione virtute & Sapien-
tia præstantis Viri **PETRI LOTICHII**
Secundi artis Medicinæ clarissimi Doctoris quæ
passim edita hoc libello comprehensa sunt &
nunc primum istâ formâ expressa, cum præfatio-
ne Ioachimi Camerarii ad Ernestum Vœgelinum
& Erasmum Neusteter. Lipsiæ apud Vœgeli-
num.

Iterum edita sunt hæc Poëmata Lotichii Solita-
riensis cum præfatione Camerarii ad Christia-
num Lotichium Lipsiæ iisdem Typis Vœgelianis
imprimente Iohanne Steinman anno 1563.

Annotatio rerum præcipuarum quæ acciderunt ab
anno 1550. usque ad annum 1561. V.C. Ioachi-
mi Camerarii Pabepergensis. Ex adversariis ma-
nu ejus exaratis edita à Marquardo Frehero Re-
rum Germanicarum scriptorum Tomo Tertio
pagin. 460.

C 1

Eclo-

Elogia de morte optimi & doctissimi & virtute
Sapientia Pietate excellentis Viri Ioh. Stigeliū
& alia quædam Poëmata quorum est autor Ioa-
chimus Camerarius.

Lips. in off. Voegelianana in 4.

Elementa Rhetoricæ sive capita exercitationum,
studii puerilis & styli ad comparandam utriusq;
linguæ facultatem, collecta nuncq; denuo, cum
emendatoria tum locis aliquot auctiora, in lu-
cem edita. In off. Voegelianana. In 8.

Capita

Capita quædam proposita ad disputandum, de felicitate, seu vita beata in terris.

In Academia Lipsi. apud Vœgel. in 8.

Votum sive preces: poematum de horum temporum miseria & cladibus.

Lipsiæ in Off. Vœgeliana in 8.

Oratio habita in declaratione Magistrorum opt. disciplinarum & artium. In qua copiosa fit mentio præstantissimi Viri Ioh. Homilii Mathematici superiore anno mortui, adjectis epicediis, Epitaphiisque diversorum. Lipsiæ in Off. Vœgel. in 8.

Dialogus de vita decente ætatem puerilem, quodq; hoc studium Deo placeat, cum respondentibus figuris quibusdam Germanici & Latini sermonis, itemque versibus variis.

Lipsiæ apud Vœgel. in 8.

Historia de Iesu Christi Iesu ad mortem pro genere humano accessione, dierum ante Pascha sex, & alia indicata tempora, resque præterea quædam narratæ oratione quam recitatione solemnè pronuntiavit M. Martinus Gassarus.

CAtechesis seu initia doctrinae in Ecclesia Christi Graecè iterum nuper edita, & nunc primum in Latinum sermonem conversa, cumque indicio & notatione locorum quorundam expressa. Lips. apud Voegel. in 8.

Epithalamii versus de nuptiis nobilitate generis, virtute, sapientia & humanitate praestant. D. Erichi Volemari à Berlips V. CL. Praefecti Salissæ longæ in Duringis compositi.

Lips. apud hæredes Val. Papæ in 4.

Poëmata Georgii Sabinii edita Lipsiæ in officina Voegelianana; Extant in hoc libello duæ Elegiæ Græcæ Camerarii & ipsum libellum se Epistolis quibusdam auxisse & jus privilegii de talibus scriptis sibi aliquando impetrati Typographo tum impertiisse testatur dn. Camerar. in Epistola Poëmatum præfixa ad Sabini generum, M. Eusebium Menium, hoc anno scripta Lipsiæ, repetita editione ipsa anno 1581.

Typis Steinmannianis.

Oratio-

ORationes duæ S. Gregorii Episcopi Nyssæ, una de filii & Spiritus Sancti Deitate, altera dicta die Paschatis. Conversæ in Latinum sermonem, additis brevibus annotatiunculis. Antè non editæ. Lips. apud Vœgel, in 8.

Capita proposita ad disputandum, ea explicantia & distinguentia quibus studium sapientiæ, quæ est Philos. continetur.

Lips. apud Vœgel, in 8.

Sancti patris Gregorii Episcopi Nyssæ orationes duæ, una de nativitate Domini nostri Iesu Christi, altera de Sanct. Stephan. primo martyre, jam primùm editæ, conversæ in Latinum sermonem cum brevibus notationibus.

Lips. apud Vœgelinum. In 8.

In renuntiatione Magistrorum in Academia Ienensi expeditur quæstionem hanc, cur Aruspas apud Xenophontem dicat se duas habere animas, probam unam & bonam, improbam alteram & malam?

Ienæ excudebat Donatus Ritzenheyn in 4.

O Economica scripta, quæ exstant titulo Aristoteli in Latinum sermonem: conversa & explicata, adjunctaque suis interpretatio Oeconomici libri Xenophontis.

Lips. apud Voegelin in 8.

Præcepta morum ac vitæ accommodata ætati puerili soluta oratione & versibus exposita, item Dialogus de Gymnasiis, & ludis septem sapientum, auctiora & emendatiora edita omnia quam antea fuerunt.

Lips. apud hæredes Val. Papæ. in 8.

Enchiridion pietatis puerilis hoc anno ab Adamo Sibero editum & Carmen in Vestibulo exhibet Camerarii Heroicum ad Siberum & in ipso libro ex ejusdem Camer. & aliorum Doctorum monumentis plurima.

Basil. per Ioann. Oporinum. in 8.

Archytæ decem prædicamenta: Anonymi de Logica: quid & quale quid esse videatur: alterius Methodus *εις τὰς τρεῖς τῆς φιλοσοφίας*: Georgii Pachymerii de sex definitionibus Philosophiæ: omnia Græcè: cum præliminari Epistola Græca Ioachimi Camerarii ad Michaelem Sophianum, Lipsiæ typis Voegelin.

Conver-

Conversa ex Thueydis historia quædam in Latinum sermonem, & de autore illo, deque scriptis ipsius exposita, nec non explicata aliqua.

Witenbergæ apud Ioh. Cratonem in 8.

Narrationes duæ facinorum atrocium superioribus annis in Italiæ civitatibus duabus diverso tempore attentatorum consideratione prudentiæ & liberali cognitione dignissimæ, opera Ioach. Cameratii primum typis expressæ.

Lips. in off. Voegeliana. In 8.

Oratio habita Lipsiæ ad fanus Illustrissimi Principis Mauriti, Ducis Saxonie Elect. cum præterduceretur XIII. Cal. Sext. unâ cum aliis anniversariis deinceps duabus.

Lips. in Off. Papæ in 8.

De Philippo Melanthonis Ortu, totius vitæ curriculo, & morte, implicatâ rerum memorabilium temporis illius, hominumq; mentione atque iudicio, eum expositionis serie coherentium, Narratio diligens & accurata.

Lips. apud Voegelinum in 8.

Historiæ Iesu Christi filii DEI, nati in terris, matre sanctissima semper virgine Maria, summam relata expositio, itemq; eorum quæ de Apostolis Iesu Christi singulatim commemorari posse rectè & utiliter visa sunt. Additis aliis quibusdam non indignis pietatis Religiosæ studio Lips. apud Voegel. in 8.

1567.

Capita ad disputandum proposita consuetudine Academiae Lipsicae in schola Philosophica, Lips. apud Ioh. Rhambam in 4.

1568.

DE natura & effectibus daemonum libelli duo Plutarchi, cum explicationibus & prooemio. Quibus eruditae & rarae nec inutiles rerum memorabilium & singularium expositiones continentur. Lips. in off. Voegel. in 8.

Libellus continens Eclogas & alia quaedam poemata diversis temporibus & occasionibus composita.

Lips. apud Ioh. Rhamb. sumtibus Voegelin in 8.

Hoc anno 68. Maximilianus II. Caesar Camerarium Viennam Austriae (nemine consiliariorum suggerente) evocatum de doctrina Ecclesiae & rituum sacrorum cum Saxonieis incunda conformitate clementer audivit & re sua bene functum domum non sine favoris argumento a se dimisit Melch. Adam. in vitis Philosophor. Germaniae pag. 264. vid. Proemium Camer. in libellum suum Gnomologicum pag. 20. de quo libello mox ad ann. 1571.

Sententiae Iesu Syracidae Graecè summâ diligentia & studio editae, Cum interpretatione Latina & no-

vis an-

1568.

vis annotationibus. Secunda editio auctior.

Lips. apud Ern. Voegel. in 8.

Libellus novus Epistolas & alia monumenta doctorum superioris & hujus ætatis complectens.

Lips. apud Ioh. Rhamb. in 8.

Liber continens Epistolas Phil. Melanch. scriptas annis 38. ad Ioach. Camerarium, primum ab eodem pio studio & accurata consideratione editus

Lips. curante eum exprimi Voegelino in 8.

1569.

DE Græcis Latinisque numerorum notis, & præterea Saracenicis & Indicis cum Indicio Elementorum ejus, quam Logisticam Græci nominant (quæ est methodus conficiendarum actionum) & vocabulorum artis interpretatione & aliis quibusdam ad hanc pertinentibus. Accesserunt explicatiunculæ Arithmetices doctrinæ Nicomachi & alia quædam ad contemplationem scientiæ istius pertinentia. Witenb. apud Ioh. Cratonem in 8.

Orationes numero decem funebres, quarum una cum Illustriss. Ducis Saxoniae Princ. Elect. Mauritiï funus per urbem Lipsiam duceretur. Cæteræ anniversariæ memoriæ diebus habitæ sunt, nec dum quædam expressæ. Addita XI. complectente lugubris mortis Illustriss. Principis Elect. Sax. Augusti

1569.

gusti filii Alexandri mentionem. Lips. Excudebat Ioh Rhamba in 8.

Ioach. Camerarii Epistola ad Isaiam Cæpolitam hoc anno scripta, extat sub finem Libri Quinti Paraphraseos Psalmorum Esromi Rudingeri.

1570.

FAbulæ Æsopicæ plures quingentis, & aliæ quædam narrationes, cum Historia vitæ fortunæq; Æsopi, compositæ studio & diligentiâ Cam. Quibus additæ sunt & Livianæ & Gellianæ ac aliorum quædam cum interpretatione Græcorum & explicatione quorundam aliorum.

Lips. tertia editio apud Voegel. in 8.

Aphthonii libellus progymnasmatum, id est, præparantium exercitationum, in sermonem Latinum conversus: Græco scripto & exemplis compluribus additis.

Lips. apud Ernest. Voegel. in 8.

Proposita annis compluribus Academiae Lipsicæ, antiqua consuetudine, diebus præcipue festis quibus solemnes conventus Ecclesiastici aguntur, nunc conveniente serie & uno libello adlectionem commodiorem comprehensa.

Lips. in off. Rhambaviana in 8.

Libellus

Libellus Plutarchi de virtute Morali: quo exponitur summa doctrinae illius: Itemque adjunctorum scriptorum Graecè editorum interpretatio Latina: Unà cum explicatione praecipuorum locorum & rerum necessariorum enarratione. Autore Ioachimo Camerario Lipsiae. In 8.

Libellus Gnomologicus, id est, bonarum utiliumque sententiarum generalem expositionem Graecam Latinamque continens, ad puerilem ille quidem institutionem accommodatus, sed qui tamen adultioribus quoque opportunus esse possit, editus à Ioach. Camerario. Lipsiae. in 8.

Aliquot Epistolae M. Antonii Flamini de veritate doctrinae & sanctitate Religionis, ex Italico in sermonem Latinum conversae, nec non narrationes de Flaminio & aliis quibusdam cognitione opt. disciplinarum, ac artium & pietatis studiosorum non indignae.

Norimb. in off. Dieterichi Gerlacii. in 8.

V. Cl. Georgio Fabricio Chemnicensi P. L. Epitaphia scripta à V. Cl. Ioachimo Camerario, Paulo Dolscio, Adamo Sibero, & aliis. Edita à Jacobo Fabricio Chemnicen, cum epistola Ioan. Sturmii ad Fabricios Fr. consolatoria. Lipsiae in 4.

Arithmologia ^{ἰσχυρὴ} cum interpretatione Latina Ioach. I. F. Camerarii. Accesserunt exempla diversa exercitii Rhetorici, & appendicula quaedam non contemnenda. Lipsiae Typis Vogelianiis. in 8.

Notatio figurarum sermonis in libris quatuor Evangeliorum, & indicata verborum significatio, & orationis sententia, ad illorum scriptorum intelligentiam certiore studio Ioachimi Camerarii. Cum locuplete indice rerum & verborum insignium ad observandum.

Lipsiæ apud Ernest. Vœgel. in 4.

Notatio figurarum Orationis & mutatae simplicis Elocutionis in Apostolicis scriptis, ad perspiciendam de intellectu sermone sententiam autorum: Accessere & in librum *πρόξενων & ἀποκαλύψεως* similes notationes, nunc primum elaboratae studio Ioach. Camerarii.

Lipsiæ edita denuò procurante Ern. Vœgelino. in 4.

Xenophontis Atheniensis de Cyri Regis Persarum vita atq; disciplina libri 8. nec non alia quædam ejusdem autoris scripta in sermonem Latinum conversa, explicationibus alicubi additis, studio & diligentia Ioach. Camerarii.

Parisiis, apud Andr. Wechelum. in 4.

Commentatiuncula non esse ex Eventis de consiliis actionibusque hominum judicandum: de exordio versus Ovidiani: Exitus acta probat.

Lipsiæ typis Ern. Vœgelini. in 8.

Reverendi Viri Doctoris Martini Lutheri Epistola missa ad Theologos Norinbergenses (orta quædam

1572.

dam inter ipsos dissensione:) PIA ET VERÈ Apo-
stolica EPISTOLA quemadmodum tum ad
exemplum illius eo tempore Vir, dignitate & au-
toritate & studio pietatis excellens ascriptit.
Cum appendice non spernenda.

Lips. apud Voegel. in 8.

1573.

HOmiliae, qui sunt sermones habiti de iis, quæ in
Christianis Ecclesiis leguntur, congregato
populo diebus festis, excerptæ ex scripturis Evan-
gelicis, autore Ioach. Camerario: Editæ simul
Græcè & Latinè.

Lipsiæ procurante Voegelino. In 4.

Chronologia secundum Græcorum rationem tem-
poribus expositis, autore Nieephoro Archiepi-
scopo Constantinopolis: Conversa in sermonem
Latinum de Græco, & explicata à Ioach. Came-
rario. Addita est Narratio ejusdem Camerarii
de Synodo Nicæna. Accessit & nova enumera-
tio Oecumenicarum synodorum, indicatis tem-
poribus & præcipuis negotiis illarum omnia
nunc iterum diligenter recognita & accuratè e-
dita: Lipsiæ procurante Ernesto Voegelino.

Psalmi Septem qui Pœnitentiæ titulo celebrantur,
translati in Latinos versus jambicos dimetros,
autore non nominato. Quibus & Threnorum
Hieremiæ Prophetæ, & Psalmorū quoq; aliquo-
rum carmina adjuncta sunt cōposita à Ioach. Came-
rario. Lipsiæ in 8. Orna

1573.

Ornatissimi cuiusdam viri de rebus Gallicis & ad Stanislaum Elvidium Epistola: Et ad hanc de iisdem rebus Gallicis responsio autore Ioach. Camerario, Lipsiæ in 4. apud Vægel.

Atque hæc sunt, quæ vivo Ioachimo Camerario autore edita sunt, qui obiit Lipsiæ, Anno M.D. LXXIII.

Post obitum Ioachimi Camerarii edita & ex parte recusa sunt ista:

1575.

PHile Sapiientissimi Versus Iambici de Animalium proprietate, cum AUCTARIO IOACHIMI CAMERARII: Exposita nunc primum eodem metroversum Latinorum à Gregorio Bersmano Annebergensi.

Lipsiæ imprimebat Andreas Schneider Typis Vogeliani in 4.

Lidem Phile versus Iambici de Animalium proprietate cum Auctario Ioach. CAMERARII secundâ curâ Gregor. Bersmani editi sunt anno 1596. in Typographéo H. Commelini in 8.

Vide quoque Tomum Secundum Poëtarum Græcorum veterum, Coloniæ Allobrogum editorum in fol. typis Petri de la Roviere Anno 1624. pag.

237.

Com-

1576.

Commentarius de Generibus divinationum, ac
Græcis Latinisq; earum vocabulis autore Ioa-
chimo Camerario, Editus ab ejusdem filio Lu-
dovico.

Lipsiæ typis Vœgel. à Ioh. Steinmann. in 8.

1577.

Meditatio in adversis Adjuncta est consolationi Phi-
losophicæ Jacobi Sadoleti. In hujus meditatio-
nis præfatione promittitur editio Chrysoloræ &
Ioach. Camerarii Græcarum Epistolarum.

Frankofurt, apud Andream Wechelum in 8.

1578.

Ethicorum Aristotelis Nicomach. explicatio accu-
ratissima Ioach. Camerarii Pabebergensis, ejus
post obitum à filiis in lucem edita.

Frankof., apud Andream Wechelum in 4.

Opuscula quædam moralia in quibus hæc conti-
nentur Ioach. Camerarii Pabebergensis, scripta : Synesii
oratio de Regno id est de officio Imperatoris ad
Arcadium: *ὕψιστος* sive præcepta de officio Prin-
cipum ad Mauritium Hutten. *παρρησια* sive sub-
jectiones ad adolescentem quendam : Epistolæ
duæ ad Ludovicum Huttenum, & Generales sen-
tentia sive gnomæ.

Frankof. apud And. Wechelum in 8.

D

Poli-

1580.

Politicorum & Oeconomicorum Aristotelis & Xenophontis conversio ac interpretatio Ioach. Camerarii. Francof. apud hæredes Wecheli in 4.

1583.

Epistolarum Familiarum libri VI. priores à filiis editi. Francofurti apud hæredes Andreae Wecheli.

1589.

Inter Epitaphia equorundam Comitum ex antiquissima Ortenburgensium familia oriundorum, illorumque Conjugum, hoc anno edita extant quoque quædam Ioach. Camerarium, Elrom. Rudinger. & alios autores habentia. Norimbergæ Typis Lochneti & Hofmanni in 4.

1590.

Fabulæ Æsopicæ à Gabriele Faerno Cremonensi versibus & Iconibus explicatæ, cum Auctario Expositionis earundem oratione soluta, auctore Ioachimo Camerario aliisque viris doctiss. Item Fabellæ Æsopicæ quædam notiores compositæ ab eodem Ioachimo Camerario. Omnia ad utilitatem juventutis Scholasticæ in hunc libellum congesta à Gregorio Bersmano Annæberg.

Lipsiæ apud hæredes Steinmanni: Impensis Henningi Grosii Bibliopolæ: in 8.

Decu-

DEcuria XXI. *συμμίκτων προβλημάτων* sive variarum & diversarum quaestionum de natura, moribus sermone, Graece & Latine expositiones. Apud Hieronymum Comelinum. In 8. Epistolarum ad diversos volumen secundum. Francof. impensis Petri Fischeri, ex officina Palthe-niana. In 8.
Scriptum, de dissidii Ecclesiastici compositione editum anno 1595.

1596.

Appendix problematum D. Ioach. Camerarii, varias & diversas quaestiones morales, naturales, Mathematicas, Poéticas & Mythologicas complectens. Apud Comelium. In 8.
Regionum quarundam & nationum proprietates: recensente Ioachimo Camerario. Vide variorum in Europa itinerum delicias Nathanis Chytræi, expressas typis Christophori Corvini ad 1596. pag. 630. 631. &c.

D 2

Dere-

DE rebus Turcicis Commentarii duo accuratissimi Ioach. Camerarii Pabepergensis à filiis nunc primùm collecti ac editi. Accessere & alia nonnulla lectu admodum digna & utilia, quæ in adversa pagina indicantur. Nimirum
 Imperatorum Turcicorum Chronologicon exquisitissimum ex Francisco Sangonio de Italico in Latinum sermonem conversum.
 Domini de La-Nue Galli Imperatoris bellici clarissimi disputatio de bello Turcico, Latine de Gallico sermone interpretata.
 Iohannis Cuspiniani viri Clariss. Imperatorum Maximiliani I. Caroli V. & Ferdinandi Augustorum Consilarii, Oratoris, & Historici oratio protreptica, qua Christiani ad bellum Turcicum excitantur. Cui accessit Alphonsi Regis Neapolitani sapientiss oratiuncula ejusdem argumenti, opera Iohannis Weidneri Lendsidelii.
 Francofurti apud hæredes Andr. Wecheli, Claud. Marn. & Ioan. Aubr. in fol.

CL. V. Ioachimi Camerarii Pabepergensis Historica Narratio; de fratrum orthodoxorum Ecclesiis in Bohemia, Moravia & Polonia, nunc primum edita ex Bibliotheca Ludovici Camerarii I. C.

Accesserunt ad eam & alia quaedam cognitione dignissima, quorum hac est series:

- I. Clariss. V. Esromi Rudigeri Pabeperg. de Fratrum Ecclesiis in Bohemia & Moravia Narratiuncula.
- II. Vita & mors Iohannis Hussi Bohemi ex actionibus & monumentis Martyrum.
- III. De ultimo supplicio Hieronymi Pragensis ex iisdem actionibus Martyrum.
- IV. De eiusdem Hieronymi obitu & supplicio Poggii Florentini ad Leonhardum Aretinum Epistola: Huiusque ad illam responsio.
- V. Oratio de Hussiticis motibus recitata publice Witebergæ ab Illustri & Generoso Domino Michaële Slavata, Barone Bohemo.
- VI. De origine Ecclesiarum Bohemicarum, & de confessionibus ab iis editis, Narratio: Cui subijuncta sunt de his magnorum quorundam virorum iudicia & testimonia.

VII. Methodus quam observant Fratres, in eligendis ordinandis & confirmandis Ministris.

II X. Epistola Fratrum ad Ill. Princ. Fridericum III. Electorem Palatinum, de cantionibus in ipsorum Ecclesiis usitatis.

IX. Esromi Rudigeri de Cantionibus sacris inter Fratres consuetis, deq; tota Christianorum Musica, Dissertatiuncula.

De excidio reliquiarum è Waldensibus & Albigenibus Merindolii & aliis in locis Provinciae factis sub Francisco I. Rege Galliae, ex monumentis Martyrum.

XI. CL. V. D. Petri Wesenbecii I Cti Oratio de Waldensibus & Albigenibus Christianis, Ienae habitata A. C. M. D. LXXXV.

XII. Insignis locus ex Carolo Molinaeo I Cto. de iisdem.

XIII. Consensus in fide & religione inter Ecclesias Evangelicas Regni Poloniae, & illarum Ecclesiarum Acta Synodica.

Heidelbergae Typis Voegelianis.

1607.

Valdè utilis Dn. Ioach. Cameraarii de quinque Grammaticis singularum dictionum affectionib. praecipio edita cum Homeri *Βατρυχομομαχία* & annotationib. Leonharti Lycii Professoris quondam Lipsensis typis Christoph. Elgeri. in 8.

Ioach.

1610.

Ioach. Camerarii Dialogi Græco Latini.

Lipsiæ Typis Vögel.

1620.

Theognis illustratus seu Ioachimi Camerarii in
Theognidis sententias *ὑπομνήματα* & M. Wolfgan-
gi Seberi Notæ geminæ, quarum priores varieta-
tem lectionis è mss: Codd. Bibliothecæ Palatinæ
atque Augustanæ, simulque uberiores senten-
tiarum declarationem exhibent;

Posteriores verò citatorum à Ioah. Camerario
testimoniorum fontes paulò propius com-
monstrant.

Lipsiæ impensis hæredum Thomæ Schureri.
Excudebat Iohann. Glück.

Nondum edita.

Orationum tam suo quam aliorum nomine com-
positarum volumina duo.

Epistolarum aliquot libri.

Proœmiorum in varios auctores, & Prolegome-
norum volumen unum.

Prolegomenorum & orationum variis auctoribus
explicandis præmissarum volum.

Commentarii in auctores nonnullos Latinos:

In III. libros Officiorum Ciceronis.

In Dialogum de amicitia, de senectute, in Somnium
Scipionis, in *παργιδοξία*.

D 4

In li-

In libros Ciceronis de legibus.
In Tusc. Quæstionum commentarios à se editos e-
mendatio & additio.
In libros de finibus.
In Ciceron. lib. de Oratore.
In I librum de natura Deorum.
In Epist. I X. Cicer. ad Lentulum lib. I.
In artem Poëticam Horatii.
In odas plures ejusdem.
In Epistolas nonnullas ejusdem.
In aliquot libros Fastorum Ovidii.
In Herculæm furentem Senecæ.
In Troadem ejusdem.
In Gryphum ternarii numeri Ausonii.
In Salustrium de bello Jugurthino & in Conjuratio-
nem Catilinæ.

Commentarii in aliquot autores Græcos.

In III. IV. V. & VI. Iliados Homeri.
In Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας.
Annotations in Grāmat. Græcam Theodori Gazæ.
In Φαινόμενα Arati.
In orationem Isocratis contra Sophistas.
In Pindari ὕμνων ια. It. in ejusdem Olympia.
In Hecubam Euripidis.
In ἰῶνα ejusdem.
In Herculem furentem ejusdem.
Conversio orationis Lycurgi contra Leocratem,
additis annotationibus.
In V. lib. Xenophontis ἀπομνημονευμάτων.

Imperfecta tam Græca quàm Latina varii generis.

Commentarii de partium internarum humani corporis nominibus tam Græcis quàm Latinis.

De nominibus morborum: ubi prolegomena leguntur satis copiosa & accuratè composita, cætera designata sunt in diversis chartis

De nominibus Græcis & Latinis conjunctionum variarum generis humani.

De nominibus Græcis & Latinis Agriculturæ.

Quæstiones Homericæ Græcæ & Latinæ.

Quæstionum nuptialium lib. I I. in quibus disputatur an ducenda uxor, vel non ducenda.

De nominibus militaribus, & rei bellicæ, ex Polluce potiss. translata.

De legibus. Περὶ νόμων.

Proverbia.

In comment. de bello Gallico Iulii Cæsaris.

Historia varii generis.

Conversio in Latinam linguam τῆς ἐπιτομῆς τῶν Ἀποστόλων.

Appendix ad narrationem de vita Melanchtonis.

In Euripidem scholia.

Comment. in Ptolemæum.

Epistolæ Græcæ ex diversis autoribus collectæ, & antea non editæ, unâ cum commentario proprio περὶ ἐπιτολῶν, Græcè.

De Hispanica Inquisitione scriptum D. Carolovici, quod Camerarius copiosius Latinè reddidit.

Ἐπεὶ, seu definitiones Græcæ.

D s

Com-

Comment. in Hypotyposes Procli.

Explicatio in Epistolas Græcas Beati Basilii.

Defensio orationis Ciceronis pro Muræna, ubi tractat de Iure ad Cl. V. D. Ioh. Strambergerum I.C. qui contra illam scripserat.

Grammatica quædam.

In Sphæram Procli accurati commentarii.

Conversio & explicatio Hypothesum Procli.

Epigrammatum & diversorum carminum volumen.

Epitaphiorum carminum liber: præparatus ad editionem à filiis Junà cum carminibus diversorum in obitum Camerarii.

Disputatio Logices: quid & quale quid esse videatur veteris auctoris, cuius nomen non est additum, in Latinam paraphrasin translata.

In versum Epicharmi: *Θνητὰ δειτὸν θνητὸν* &c.

Disputatio contra Aristotelis sententiam.

Proposita nomine Rectoris & Decani publicè, variis anni temporibus. Lipsiæ.

Proposita publicè, nomine Rectoris in funeribus præcipuorum virorum. Lipsiæ.

Alia ad Scholam Lipsiensem pertinentia.

Atque hætenus index quantus quidem haberi potuit librorum tam editorum quam adhuc edendorum Domini Ioachimi Camerarii, viri, iudice Adriano Turnebo, utriusque Linguae Principis, æternique

nique non Germaniæ solùm sed totius Europæ de-
coris & ornamenti. Non diffiteor tamen aliquos ad-
huc in hunc Catalogum relatos non esse: verbi gra-
tia in M. An. Lucani Pharsaliæ librum primum, No-
tas quas Bersmanus aliquando edidit, Augustanæ
Confessionis in Græcam Linguam conversionem
cujus Philippus Melanchthon in Epistolis ad Came-
rar. pag. 579. 580. meminit: nec dubito in scriniis
offinarum Typographicarum Haganoæ, Noriber-
gæ, Tubingæ, Argentorati, Basileæ, Lipsiæ, Wite-
bergæ plures alios adhuc delitescere. Iis enim in lo-
cis pleraq; sua excudenda curavit autor: verum cum
me lateat quo tempore & isti & hi sint editi, non po-
tui de annis ad quos singuli referendi essent rectè
mecum constituere. Obtestor autem, inò verò cum
debiti cuiq; honoris præfatione rogo & obsecro vi-
ros, eruditos quorum oculos hæ pagellæ forsan subi-
bunt, ut mihi in hoc genere *περωπείεω* pro sua huma-
nitate ignoscant, & quod deesse his observaverint,
ex suis Bibliothecis quas proculdubio habent, quàm
ego, instructiores benignè suppleant. Id & mihi erit
gratissimum & in juventuris posteræ commodum
redundabit uberrimum. Interest enim vel adole-
scentum maximè, Camerariana & nosse & nocturnâ
versare manu versare diurnâ.

In obi-

„sic ubi
non saty
facio“

In obitum Ioachimi Camerarii

Iohannes Crato

Cesareus ARCHIATER.

Dum vis heu tristes vero denuntiat iras
Pro falsoque sacer concitat arma furor:
Tu qui sæpè piâ cessisti mente furori
E vita cedis corpore dasque locum.
Ah utinam non succedant pietatis egentes
Qui terræ miscent ambitiosa polis!

In eundem:

Extinctis olim Musæ flevistis amicis
Et vestrà vitam restituitis ope
Nos contra vobis, Ioachimi in funere, Musæ
Hæc, miseri, extinctis solvimus inferias.
Namque omnes tecum, tecum, Ioachime, Camoenæ
Vt vixere simul, sic periire simul.

MUSIS ET MUSARUM ANTISTITI

IOACHIMO CAMERARIO

PABERGENSI, OMNIUM ÆTATIS SUE

DOCTORUM GERMANORUM DOCTIS-

SIMO, PIETATIS, DOCTRINÆ VIRTU-

TUMQUE OMNIUM. . .

AMICITIÆ ERGO THEODORUS BEZA

VEZELIUS M. P.

IOACHIMI CAMERARII

*Precatio ad CHRISTVM propheta Ieremiae la-
mentis in Anapastos conversis Anno
1554. preposita.*

DVm vagor & patriæ miserandam specto rui-
nam,

Et pavida irato numine corda tremunt

Ærumnisque dolet mens opprobriique pudore

Cujus caussa ipsa est Teutonis ora sibi

Hoc ego decantans vatis lacrymabile carmen,

Quod cecinit quondam civibus ille suis.

Sic precibus fletus & spem confundo querelis

Et trado infirmâ me tibi Christe fide

O Clemente vide terram GERMANIDA vultu

Ira tua & placido pulsa favore cadat:

O miserere gregis Pastor præclare pusilli

Dispersumque tuâ collige voce pecus,

Meque sine in numero censeris CHRISTE, tuo-
rum

Vt maneam coetus pars quocumque tui.

PHILIP-

PHILIPPUS CAMERARIUS J. U. D.
M. WOLFGANGO SEBERO S.

Laudanda est, Vir humanissime & doctissime, tua honesta, & in studiis liberalibus promovendis, utilis cupiditas & prompta voluntas, quod egregia poemata Theognidis, una cum annotationibus, & scholis Domini parentis mei, piæ & beatæ recordationis, denuò typis subjicere constituisti, & in hoc laudabili proposito meum consensum requiris. Meritò itaque omnes amatores bonarum artium tibi in hac re, fautores & promotores esse debent; In quorum numerum quoniam & me refers, (sicut me excludi ab iis non patiar) non solum te hortor & moneo, ut in cæpto proposito perseverare velis; sed etiam me sedulum adiutorem, (si forte mea opera utilis esse posset) fore promitto. Fulciendæ enim & conservandæ sunt optimæ disciplinæ, & liberales literæ (quæ magis ac magis ingruente paulatim barbarie oppugnantur, & quodammodo opprimuntur) à doctis & bonis viris, sicut non ita pridem in Germania nostra strenuè factitatum est. Neque curandi sunt *ἄμωροι*, qui existimant, ut Taciti verbis utar, *sublatis studiorum precibus etiam studia peritura, ut minus decora*. Manebunt enim reliquiæ eorum, & iis habebitur honos, invitis osoribus literarum. Excitabit etiam Deus Mecænates & fautores, sub quorum patrocínio diutius florere possunt.

Perge

Perge itaque, sicut cæpisti, in publicando isto egregio, & in Græca lingua terso auctore, unâ cum additionibus utilibus, tibi que certò persuade, me in hoc tuo conatu & aliis honestis rebus fidelem tibi adstitem futurum, nec non & reliquis tuis similibus cæptis, quæ ad literariam decus spectant, pro tenuitate mea non defuturum. Hæc scripsi lassus exitinere Ratisbonensi, finitis Comitibus Imperii, in quibus unâ cum reliquis legatis Reipub. nostræ, in quintum mensem inter graves deliberationes, non sine molestia hæsi, & commoratus fui. In mea autem absentia, ita pensa accumulata inveni, ut in iis per texendis & absolvendis multum temporis, & laboris mihi consumendum sit. Deus sufficiat vires, in hac mea ingravescente senectute, & suppeditet iudicium & consilium, ut omnia spectent ad ipsius gloriam, & Ecclesiæ suæ, & Reipubiicæ Christianæ utilitatem. Vale & ignosce festinationi, eram enim tam ad meditandum quàm ad scribendum familiares literas modò occupato animo publicis & privatis rebus minimè idoneus. Vale XIII, Sextil. An clō lō cIII.

Et hanc quidem Epistolam, cujus in præfatione facta est mentio, ne chartæ prorsus vacarent, hic quoque apponi placuit.

4700 Ak

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten mark or signature at the bottom center of the page.

m.c.



Q. K. 238

CATALOG
VIRI INCOM
LIBROR
tam edit

Viri incom

IOAC
CAM
PROFESSOR
ACADEMI

Georgio et



DA
PRELO H
ANNO

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------